Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Philippi Melanchthonis Grammatica Latina

Melanchthon, Philipp

Wittebergae, 1621

Caput XXI. De defectivis casibus

urn:nbn:de:bsz:31-112308

Visual Library

11. *Hybernalia cum Fragis, Præſegmina, Serta,*[11]
12 *Sic Artaxata, ſic Femina,* [12] *Acroceraunia, Bactra,*
Cum Propriis aliis, ut Gargara, Suſa, Cythera,
Poſtremò Adverſaria, & hinc Subſellia iunge.

CAPUT XXI.

DE DEFECTIVIS Caſibus.

□ *Quæ ſunt Defectiva Caſibus?*

Defectiva Caſibus ſunt qvadruplicia. Aut enim unicum tantùm Caſum in uſu habent, & dicuntur *Monoptota*: aut duos, *Diptota*: aut Tres, *Triptota*: aut qvatuor, *Tetraptota*. Qvando verò in altero Numero ſunt integra, aut vix uno & altero Caſu excepto, in utroqve; tunc Caſus deficientes tantùm indicantur: aut ſi in altero plures deficiunt, præter integrum Numerum, ut Monoptota, Diptota &c. cenſentur.

△ *Da Monoptota?*

1. I. Nom. Sing. tantùm, *Damnas*, 1 *Semis*.

II. Gen. Sing. tantùm, *Dicis, ab antiqvo*
2. *Dex.*[2] *Adoris, q. ab Adus.*

III. Dat. Sing. tantùm, *Deſpicatui, Diviſui, Fruſtratui, Indutui, Irriſui, Ludificatui, Oſtentui.*

IV. Accuſ.

IV. Accuſ. Sing. tantùm, *Bilicem*, *Trilicem*, *Virgil:*

V. Abl. Sing. tantùm, *Affatu*, *Allegatu*, *Datu*, *Hortatu*, *Invitatu*, *Mandatu*, *Natu*, *Oratu*, *Peccatu*, *Relatu*, *Vocatu*, *Coactu*, *Objectu*, *Indultu*, *Flictu*, *Inſtinctu*, *Fretu*, *Inconſultu*, *Promptu*, *Conceſſu*, *Miſſu*, *Permiſſu*, (*Vall.* 1. 7.) *Juſſu*, *Injuſſu*; *Monitu*, *Admonitu*, *Libitu*, *Accitu*, *Accerſitu*. □ Qvæ qvidem Grammatici hic recenſere ſolent. Sed tamen & horum aliqvorum alii qvoqve Caſus inveniuntur. *ut*, *Vocatus in Accuſ. plur. Miſſus*, *Monitus*, *Precatus*, &c. de qvibus uſus conſulendus. △ Sic *Ergo*. Et qvibus uſi ſunt antiqvi, *Lucu*, *Diu*, *Noctu*; *pro Luce*, *Die*, *Nocte*. Item *Ingratiis*. *Rite*, *pro Ritu*, *q. à Rites. Stat. l.* 11. *Theb.*

VI. Accuſ. plur. tantùm, *Inficias*,[3] *Incitas*,[4] *vel Incita*. 3. 4.

△ *Da Diptota?*

I. Nom. & Acc. Singul. *Inſtar*, *Volupe*, (*antiqvè Volup.*) *Neceſſe*, *Neceſſum*, *Nihil*, *Nil*, *Subtal*,[5] *Ir*, *Git*, *Frit*, *Virus*,[6] *Secus pro Sexus*. 5. 6.

II. Nom. & Voc. Sing. *Exſpes*.

III. Nom. & Accuſ. utriusqve Numeri, ſub eadem terminatione, *Opus*, Von nöthen. Qvibus addunt & *Præstò*, qvod veriùs inter Adverbia referimus.

IV. Nom. & Ablat. Sing. *Veſper*,[7] *Veſpere*: 7.
Satias,[8] *Satiate*. 8.

V. Nom: & Acc. Plur: *Suppetiæ, Suppetias.*

VI. Genit. & Abl. Sing. *Tabi & Tabo; Spontis & te.*

9. VII. Dativo & Ablativo Singulari, *Obtentui, tu; Nuptui,* [9] *ptu.*

VIII. Accus: & Ablat. Sing. *Rogatum, Rogatu.*

10. IX. Voc. Sing. & Plur: *Macte,*[10] *Macti.*

11. △ *Da Triptota?* [11]

Ador	*Adoris*	*Ador.*
Arbitratui	*Arbitratum*	*Arbitratu.*
Dica	*Dicam*	*Dicas.*
Fors	*Fortis,*	*Forte.*
Tantundem, Tantidem,		*Tantundem. Tantandem. Tantundem.*

Fas, Nefas, Nom. Accus: & Vocativo.
Potis, te, *hi Potes, hos Potes.*

△ *Da Tetraptota?*

Aſtus	*ab Aſtu*	*Hi Aſtus,*	*Hos Aſtus.*
Grates	*Gratibus*	*Grates,*	*Gratibus.*
Impetis	*Impete*	*his Impetibus,*	*ab Impetibus.*

Repetundæ, Repetundarum, dis, à dis.
Situs, Schimmel, *Situm, Situ, hos Situs.*

△ *Da Integra in Singulari, ſed Defectiva in certis Caſibus Pluralis?*

I. Os oris, & Sol, tantùm Genitivo plurali carent.

II. Genitivo, Dativo & Ablativo plurali carent,[12]

Mare

Mare, Mel, Tus, Rus, & Senſa.

△ *Da Integra in Plurali, ſed Defectiva in certis Caſibus Singularis?*

I. Nominativo & Vocativo Singulari carent, *Vicis, Dapis, Frugis,*[13] *Precis, Opis,*[14] *Sordis; & apud Poëtas, Proceris: item Primoris, Adjectivi.* 13.14.

II. Genitivo, Dativo, & Vocativo ſingulari caret, *Vis,*[15] *Vim, à Vi; qvanquam in Plurali Heteroclitum ſit, & Impariſyllabum, Vires, Virium, Viribus.* 15.

III. Dativo & Vocativo Singulari caret, *Plus, Pluris, Plus, Plure vel Pluri. Antiqvis.* [*Plaut. in Cœco vel Prædonibus, Plure altero tanto, qvanto eius fundus eſt, velim.*]

△ *Da Integra in Utroqve Numero, excepto uno Caſu?*

Vocativo carent omnia ad qvæ ſermo dirigi non poteſt, in utroqve Numero, ut ſunt: I. Interrogativa & Infinita, *Qvis, Qvalis, Qvantus, Qvotus, Qvot,* & horum Compoſita, *Qvicunqve, Qvaliscunqve, Qvantuscunqve, Qvotuscunqve, Qvotcunqve.*

II. Relativa, *Qvi, Qvæ, Qvod.*

III. Negativa, *Nemo, Nullus, Neuter, Nihil.*

IV. Partitiva qvædam. *ut, Qvidam, Ullus, Uter, Neuter, Alius.*

△ *Da Integra in Plurali, ſed Monoptota tantùm in Singulari?*

Amba-

16. *Ambage, Crate, Fauce*, [16] de Singulari tantùm Ablativum habent.

△ *Da Integra in plurali, ſed Diptota tantùm in Singulari?*

17. *Feminis*, [17] *a Femine*; *Verberis*, *à Verbere*; de Singulari tantùm Genitivum & Ablativum habent. *Mille Subſtantivum*, Nominativo & Accuſativo ſæpiùs reperitur. Ablativus *apud Gellium extat*. 3. 14. *Ex mille nummûm*.

CAPUT XXII.

DE HETEROCLITIS.

† *Qvæ vocas Heteroclita?*

Qvæ in diverſas Declinationes cadunt, vel aliàs à regulari declinandi ratione recedunt.

Recenſe Heteroclita.

1. †I. *Vas, Vaſis*, Singulare, Tertiæ eſt: Plurale, *Vaſa*, [1] *Vaſorum*, Secundæ.

†II. *Jugerum, Jugeri*, Singulariter in Secunda: *Jugera, Jugerum*, pluraliter in Tertia. Sed aſſumit tamen etiam qvoſdam Caſus ab antiqvo *Juger* & ita declinatur:

Sing.	N. *Jugerum*	Plur.	N. *Jugere.*
	G. *Jugeri, & ris,*		G. *Jugerum.*
	D. *Jugero,*		D. *Jugerib. & ris.*
	Ac. *Jugerum,*		Ac. *Jugera.*
	V. *Jugerum,*		V. *Jugera.*
	Ab. *a Jugero, vel re.*		Ab. *a Jugeribus & ris.*

Hæc